



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117921**

§. 22. Luitprandus in reditu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

Sæculum X.  
A.C. 968.

## §. XXII.

*Luitprandus in Reditu.*

Luitprandus ea referens, quæ sibi in  
reditu acciderunt, conqueritur, iter  
facienti parum auxilii in Episcopis Gra-  
cis fuisse. In tota Græcia non reperi-  
inquit, hospitales Episcopos. Plerique  
Evnuchi sunt, divites aureis, quos in ar-  
ca custodiunt, pauperes parco victu,  
cui adsueverunt. Soli assident men-  
sulæ nudæ. Pane nautico & paucis laetu-  
cis reficiuntur, ex vasis vitreis permodi-  
cis calidam aquam forbillantes. Ipsi ven-  
dunt, ipsi emunt, ostia ipsi aperiunt, ipsi  
claudunt, ipsi sui Dapiferi, & agasones.  
Hosque ideo puto ita vivere, quod Eccle-  
siæ ipsorum sint tributariæ; nam Leu-  
tentis Episcopus jurejurando mibi affirma-  
vit, Ecclesiam suam quotannis Nicephoro  
aureos centum, & paviter Ecclesias cete-  
ras plus minusve pro viribus suis perfol-  
vere.

Ceterum, Luitprandus, qui hac Le-  
gatione functus est, ante suscepsum Epi-  
scopatum Ecclesiæ Ticinensis Diaconus  
fuit; id enim ipse de se testatur in Hi-  
storia, quam a Raymundo Episcopo Illi-  
beritano in Hispania rogatus scripsit. Il-  
la vero narrat, quæ sua ætate & ipso spe-  
ctante præsertim in Italia evenerunt, &  
incipiens ab expugnatione Fraxineti,  
quod

quod Saraceni anno octingentesimo no- Sæculum X.  
nagesimo primo in suam potestatem re- A. C. 968.  
degerant, gesta omnia usque ad Conci- <sup>Sup. I. IV.</sup>  
lium Romanum, in quo Joannes Papa <sup>§. 16.</sup>

XII. anno nongentesimo sexagesimo ter-  
tio depositus, prosequitur. Stilus & scri-  
bendi ratio plus ingenii & eruditionis,  
quam maturi judicii produnt. Se linguae  
Græcæ gnarum fuisse pueriliter osten-  
tat. Prosa scribens, non nunquam ipsius  
contextus verba in carmen concinnat.  
Ubique immodicus alios cavillatur, aliis  
favet & assentatur. Sæpe non facetus  
modo est, sed etiam postposito pudore  
scurra, ut cum querelas mulieris Græcæ  
adversus Theobaldum Marchionem Spo- <sup>Lib. IV. hist.</sup>  
letanum, & Willam Bosonis uxorem ca- <sup>c. 4. & 5.</sup>  
ptam refert. Modestius plane Diaconum  
Historiam texentem Episcopo dedi-  
catam scribere oportuisset. In Libel-  
lo de Legatione sua eodem utitur Stilo;  
atque de duobus solum hisce Scriptis fa-  
tis constat, quod ex Luitprandi calamo  
fluxerint.

### §. XXIII.

#### *Nicephorus in bello felix.*

Nicephorus Imperator post Luitprandi

Legationem non plus mensibus cir-  
citer octodecim superstes fuit, qui Disci- <sup>Post. Theo.</sup>  
plina militari exercitatus Musulmanno- <sup>p. 30. Cedd.</sup>  
rum vires jam ipse militans, jam missis <sup>p. 643.</sup>

Gg 5 in